a. l. Prætor. ff. de s. p. viol. d. adversus eos.

KA XL 111a-1 1630
fol 2,3

2.

Thomas Martinellius
Monachus dominicanus

Thomae Martinellio monacho dominicano, qui effosso Petrarchæ cadaveri ferebatur brachium dexterum ~~diripuisse~~ abripuisse.

Laura a Latroni.

Seu furor invidiæ est, seu spes insana nocendi,
Quâ sacra Petrarchæ diripis ossa mei;
Scilicet ut sparsi nusquam vestigia, nusquam
Relliqua discerpti perstet imago viri:
Impie, quam nihili es! quam quo contendis aberras
Calle miser, quam se destruit iste labor!
Illatam decuit memores tot crimen in annos,
Et prædatrices in tria sæcla manus,
Creptum terris æterni vatis amorem,
Creptum Lauræ nomen utrique Polo,
Te tibi; quem ~~fas~~ par est memorem ~~indelebilis~~ venerabilis umbræ
Credere ad infandum diriguisse nefas,
Utque animæ ingentis sceleri occursavit imago,
Ipsum aliquâ ~~sceleri~~ duro displicuisse scelus;
Credenda fuit quam nec Jovis ira nec ulli
Credent ~~ullâ~~ serâ posteritate dies,
Gloria, quâ stellas, jam non novus ~~accola~~ incola cæli,
~~Infuit~~ Attigit ~~aquatâ~~ ~~æternâ~~ fronde ~~[illegible]~~ decoras apex,
Tum quoque cum fragili nondum defunctus amictu,
~~Hac etiam~~ Sospes, et hac terris parte superstes erat,
Et poterat Petrarcha mori. Quò mortua demens,
Exanimi longum corpore membra rapis?
Tene immortali quoties tria verba locuto
Tantillâ speres clade nocere viro?
Teri cælos turbare gravem terrestribus umbris,
Ut superum iubeas ora quod ossa pati?

© Koninklijke Bibliotheek
KA 43a (1630), fol. 2r-3r
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/535

Impio, jam nihili es: sedes terrena beatas
2. Non ~~feriti~~ tangit, ~~[illegible]~~ minimo, caelite cura minor.
Tota Cani fuerit facilis jactura sepulchri,
1. Diogenem laedat parua rapina meum?
Quod magis inuideas, minor est, jam caelite, Laurâ,
Nec patimur damni quod peperisse velis.
Illa meis olim ~~[illegible]~~ fateor, confusa lacertis
Brachia in amplexus incaluere pares,
Illa meas ardens hederas, mea vincula dixi;
Nec semel erratum est utrius utra forent:
Illa meo, fateor, coïtura in foedera dextrae
dextera, ni fato displicuisset, erat
dextera non ficte toties non parca furoris,
Incensi toties prodiga testis heri:
Sed brevis haec secum discussit ~~[illegible]~~ inania vitae
fabula; par fumo qualis amabar eram
Qualis amor, flammae, quam non delebilis ardor
~~[illegible]~~ Educat, aeterni sanctus amoris amor.
Hic ego nec proprij temerata lege sepulchri,
Nec ~~[illegible]~~ vatis quo ruat urna mei:
Reliquiae putres, ~~[illegible]~~ seu jam cinis estis, amantum,
Non moror ~~[illegible]~~ effossae, quâ pereatis humo:
Ossa toris quondam quorum non ~~[illegible]~~ degener usus,
Brachia ~~[illegible]~~ turgidulis sepe reniacta ~~[illegible]~~ meis,
Non ego vestri, melioribus ambior ulnis;
Ambior assidue ~~[illegible]~~ lucet beata viri;
Petrarchâ ~~[illegible]~~ potiore fruor: mortalis utrique
Sarcina, si redeat, sit reditura gravis.

Divulsura duos
Vi denata, pe
~~[illegible]~~
nunc, it
Nobili
Quos rapis, in
~~Effugiet~~ decipiet, spar
Omnis
Quem voluit
Particip
Una capax
Petrar

Hic zephyri mites, hic te clementior Auster
Pulveri honorato solvere justa ~~[illegible]~~ parant:

Mylio.
Monsieur;
En la distract
hos indignati
obeir. En q
les communiqu
seconder tousco
sont veritables
~~de mes ornes~~
Mme. Su